



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

82 Officium divinum omnes beneficiati recitare tenentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- omissionibus, aut aliis necessariis impeditus in die festo mane illa persolvere non potuisset, aut aliis de causis, de quibus per Graff. *decis. aur. dict. capis. 40. numer. 5.* & matutinum, aliasque horas canonicas plures recitare tenentur.
- 82 Primò, ¶ omnes beneficiati ad officii recitationem tenentur, *cap. fin. 92. distinct. c. quod à te, c. diversis fallacijs, de cler. conjug. & Navar. de orat. cap. 7. numer. 3. lib. 3.* quia propter officium datur beneficium, *c. fin. de resc. in 6.*
- 83 Aliàs, legitimo impedimento ¶ cessante, pro rata omissionis officij horas non recitans non facit fructus suos: sed illos, tanquam injustè perceptos, restituere tenetur, ultra quod mortaliter peccat, *Dec. in cap. cum omnes, in 2. lect. num. 16. de const. Co. var. var. resolut. c. 3. num. 10. lib. 3.* Navar. *in manual. c. 25. nu. 122.* Graff. *decis. aur. c. 51. nu. 2. par. 1. conc. Trident. c. 1. §. si quis autem, s. ff. 23.*
- 84 Qui verò ¶ omnes horas canonicas, uno, vel pluribus diebus intermiserit omnes beneficij, seu beneficiorum fructus quos illo, vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur, qui verò matutinum tantum, dimidiam, qui cæteras omnes alias horas, aliam dimidiam, qui harum singulas sextam partem fructuum ejusdem diei amittunt, ut statuit Pius V. *in constit. 138. qua incipit: Ex proximo Lateranen. de qua in Bull. Roma. pag. 1134.* Tenentur etiam ad horarum recitationem sacerdotes, ut in *c. presbyter, 91. distinct. & cap. 1. de celebrat. Miss.*
- 85 ¶ Et etiam alij sacris ordinibus initiati non beneficiati, *gloss. fin. in capit. 1. de celebr. Miss. & ibi Abb. numer. 4.* non tam jure humano scripto, quam lege naturali divina declarata, & quasi determinata per universalem consuetudinem, ob tantum honorem susceptum, ¶ jure naturali ad referendum Deo gratias ad eas recitandas sunt obligati, ut trad. Navar. *de orat. dict. c. 7. nu. 2.* & Graff. *decis. aur. c. 53. num. 1. par. 1. lib. 2.* Et omnes regulares sacris ordinibus initiati, & aliqui ex statuto regulæ religionis, quam profitentur, vel ex consuetudine, si talis vigat, ut omnes professi teneantur, ac, si ordines sacros suscepissent, Navar. *dict. c. 7.* & Graff. *decis. aur. de reg. c. 4. nu. 89. par. 1. lib. 3.*
- 87 Milites ¶ ordinis S. Joannis Hierosolymitani, & aliarum Militiarum non tenentur ad officij Romani recitationem, nec ad aliud, cum nullum particulare habeant, ¶ quia, nisi ex mera devotione aliquod officium velint recitare, solummodo tenentur ad multoties quotlibet die orationem Dominicalem, & Angelicam salutationem ad præscriptum ejusdem religionis regulæ recitare, ut post. Navar. tenet Graff. *decis. aur. c. 50. nu. 6. par. 1. lib. 2.*
- Et, quòd beneficiati sacerdotes, ac tam seculares, quam regulares sacris ordinibus initiati horas canonicas, aut earum partem notabilem sine justa causa, & etiam milites dicti ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani orationes, quas ex regulæ præcepto recitare tenentur omittere mortaliter peccent, post Henric. de Grand. Cardin. Turrecrem. Palud. & Sylvestr. tenet Navar. & attestatur de communi, *ead. c. 7. num. 5. de hor. canon. & Graff. dicto c. 7. numer. 89.*
- 89 Horæ ¶ sunt septem, sicut septem dona Spiritus sancti, septem dies seculi, septem ætates, quibus completus fuit mundus